

**[Q. 80: De usu sive sumptione huius sacramenti]**

[art. 1:] *Utrum debeant distinguere duo modi manducandi corpus Christi, scilicet spiritualiter et sacramentaliter [...]*

[Respondeo dicendum quod] in sumptione huius sacramenti duo sunt consideranda, scilicet ipsum sacramentum, et effectus ipsius, de quorum utroque supra iam dictum est. Perfectus igitur modus sumendi hoc sacramentum est quando aliquis ita hoc sacramentum suscipit quod percipit eius effectum. Contingit autem quandoque, sicut supra dictum est, quod aliquis impeditur a percipiendo effectum huius sacramenti, et talis sumptio huius sacramenti est imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum dividitur, ita sacramentalis manducatio, per quam sumitur solum sacramentum sine effectu ipsius, dividitur contra spiritualem manducationem, per quam aliquis percipit effectum huius sacramenti quo spiritualiter homo Christo coniungitur per fidem et caritatem. [...]

[Ad secundum dicendum quod] sacramentalis manducatio quae pertingit ad spiritualem, non dividitur contra spiritualem, sed includitur ab ea. Sed illa sacramentalis manducatio contra spiritualem dividitur quae effectum non consequitur, sicut imperfectum quod non pertingit ad perfectionem speciei, dividitur contra perfectum. [...]

**VIII. Über den Empfang des Herrenmahles**

[Art. 1:] *Die zwei Weisen, das Herrenmahl zu empfangen [...]*

[Antwort:] Im Empfang dieses Sakramentes ist ein Zweifaches zu bedenken: das Sakrament selbst und seine Frucht; von beidem wurde schon gesprochen. Nun ist die vollkommene Weise, dieses Sakrament zu empfangen, diese: daß einer es so empfangt, daß er seine Frucht in sich aufnimmt. Es geschieht aber zuweilen, wie gesagt wurde, daß einer nicht bereitet ist, die Frucht dieses Sakramentes in sich aufzunehmen; und solcher Empfang dieses Sakramentes ist unvollkommen. Wie also das Vollkommene vom Unvollkommenen unterschieden wird, so auch wird das sakramentliche Genießen, in welchem einzig das Sakrament, ohne seine Frucht, empfangen wird, unterschieden von dem geisthaften Genießen, in welchem einer auch die Frucht dieses Sakramentes in sich aufnimmt und durch sie im Glauben und in der Liebe mit Christus vereinigt wird<sup>1</sup>. [...]

[Zum 2. Einwand:] Das sakramentliche Genießen, das bis an das geisthafte hinreicht, wird nicht gegen das geisthafte Genießen unterschieden, sondern ist in diesem einbeschlossen. Vielmehr wird jenes sakramentliche Genießen, das die Frucht [dieses Sakramentes] nicht gewinnt, gegen das geisthafte unterschieden, wie das Unvollkommene, das die wesenseigene Vollendung nicht erreicht, unterschieden wird gegen das Vollkommene. [...]

<sup>1</sup> Hier zeigt sich, daß der landläufige Begriff der „geistlichen Kommunion“ etwas anderes besagt als das, was Thomas mit dem Worte *manducatio spiritualis* bezeichnet. Das Konzil von Trient sagt (Sessio XIII, cap. 8): „Unsere Väter haben drei Weisen unterschieden, dieses Sakrament zu empfangen. Sie haben nämlich gelehrt: daß einige, wie die Sünder, es *einzig sakramentlich* empfangen; daß andere es *einzig geisthaft* empfangen, nämlich die, welche der Absicht und dem Verlangen nach jenes himmlische Brot essen und kraft des lebendigen Glaubens, der durch die Liebe wirkend ist (*Gal 5,6*), seine Frucht und seinen Nutzen in sich erfahren; daß wieder andere es – drittens – *sakramentlich and geisthaft zugleich* empfangen, nämlich die, welche zuvor sich solcherart prüfen und rüsten, daß sie, angetan mit dem hochzeitlichen Gewand (*Mt 22,11ff.*), zu diesem göttlichen Gastmahl hinzutreten.“

[art. 2:] *Utrum solius hominis sit hoc sacramentum sumere spiritualiter, vel etiam angelorum [...]*

[Ad primum ergo dicendum quod] sumptio Christi sub hoc sacramento ordinatur, sicut ad finem, ad fruitionem patriae, qua Angeli eo fruuntur. Et quia ea quae sunt ad finem, derivantur a fine, inde est quod ista manducatio Christi qua eum sumimus sub hoc sacramento, quodammodo derivatur ab illa manducatione qua Angeli fruuntur Christo in patria. Et ideo dicitur homo manducare panem Angelorum, quia primo et principaliter est Angelorum, qui eo fruuntur in propria specie; secundario autem est hominum, qui Christum sub sacramento accipiunt.

[Ad secundum dicendum quod] ad societatem corporis mystici pertinent quidem et homines per fidem, Angeli autem per manifestam visionem. Sacramenta autem proportionantur fidei, per quam veritas videtur "in speculo et in aenigmate". Et ideo hic, proprie loquendo, non Angelis, sed hominibus proprie convenit manducare spiritualiter hoc sacramentum. [...]

[art. 3:] *Utrum solus homo iustus possit manducare Christum sacramentaliter [...]*

[Respondeo dicendum quod] circa hoc quidam antiqui<sup>1</sup> erraverunt, dicentes quod corpus Christi nec etiam a peccatoribus sacramentaliter sumitur, sed, quam cito labiis peccatoris figitur, tam cito sub speciebus sacramentalibus desinit esse corpus Christi. Sed hoc est erroneum. Derogat enim veritati huius sacramenti, ad quam pertinet, sicut supra dictum est, quod, manentibus speciebus corpus Christi sub eis esse non desinat. [...] Unde dicendum est quod peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest, et non solum iustus. [...]

<sup>1</sup> Vgl. etwa Honorius von Autun, *Elucidarium* I 30 (PL 172,1131); die Meinung wird auch von Guitmund von Aversa, *De corporis et sanguinis Christi veritate* I und III (PL 149,1430 und 1491), und Petrus Lombardus, *Liber Sententiarum* IV d. 12,2 (ed. Quaracchi II,794) referiert.

[Art. 2:] *Das Brot der Engel [...]*

[Zum 1. Einwand:] Das Genießen Christi in diesem Sakrament ist, wie auf sein Ziel, hingeordnet auf das Genießen im Vaterland, wie die Engel Christus genießen. Und weil das, was auf ein Ziel bezogen ist, diesem Ziel nachgeordnet ist, so ist in gewissem Sinne das Genießen Christi im Sakrament jenem Genießen nachgeordnet, in welchem die Engel Christus genießen im Vaterland. Und darum wird gesagt, der Mensch esse das Brot der Engel; denn dies kommt erstlich und vornehmlich den Engeln zu, welche Christus in seiner wesenseigenen Gestalt genießen; an zweiter Stelle den Menschen, die Christus im Sakrament empfangen.

[Zum 2. Einwand:] Zur Gemeinschaft des mystischen Leibes gehören zwar sowohl die Engel wie die Menschen; die Menschen jedoch kraft des Glaubens, die Engel aber kraft offenerer Schauung. Die Sakramente aber sind dem Glauben zugeordnet, in welchem die Wahrheit in Spiegel und Gleichnis erblickt wird. Darum kommt es, eigentlich gesprochen, nicht den Engeln, sondern den Menschen zu, dieses Sakrament auf geisthafte Weise zu genießen. [...]

[Art. 3:] *Kann nur der Gerechte das Herrenmahl sakramentlich empfangen? [...]*

[Antwort:] Einige von den Alten haben geirrt und gesagt, der Leib Christi werde von den Sündern nicht einmal auf sakramentliche Weise empfangen; vielmehr höre, sobald er die Lippen des Sünders berühre, der Leib Christi auf, unter den sakramentlichen Gestalten gegenwärtig zu sein. Das aber ist irrig. Denn es schränkt die Wahrheit dieses Sakramentes ein, welche in sich schließt, daß der Leib Christi, solange die Gestalten bleiben, nicht aufhöre, in ihnen gegenwärtig zu sein. [...] Darum ist zu sagen, nicht allein der Gerechte, sondern auch der Sünder vermöge den Leib Christi auf sakramentliche Weise zu genießen. [...]

[art. 4:] *Utrum peccator sumens corpus Christi sacramentaliter peccet [...]*

[Respondeo dicendum quod] in hoc sacramento, sicut in aliis, id quod est sacramentum est signum eius quod est res sacramenti. Duplex autem est res huius sacramenti [...]: una quidem quae est significata et contenta, scilicet ipse Christus; alia autem est significata et non contenta, scilicet corpus Christi mysticum, quod est societas sanctorum. Quicumque ergo hoc sacramentum sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo unitum et membris eius incorporatum. Quod quidem fit per fidem formatam, quam nullus habet cum peccato mortali. Et ideo manifestum est quod quicumque cum peccato mortali hoc sacramentum sumit, falsitatem in hoc sacramento committit. Et ideo incurrit sacrilegium, tanquam sacramenti violator. Et propter hoc mortaliter peccat. [...]

[art. 5:] *Utrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati sit gravissimum omnium peccatorum [...]*

[Respondeo dicendum quod,] [...] dupliciter aliquod peccatum potest dici gravius alio, uno modo, per se; alio modo, per accidens. Per se quidem, secundum rationem suae speciei, quae attenditur ex parte obiecti. Et secundum hoc, quanto id contra quod peccatur est maius, tanto peccatum est gravius. Et quia divinitas Christi est maior humanitate ipsius; et ipsa humanitas est potior quam sacramenta humanitatis, inde est quod gravissima peccata sunt quae committuntur in ipsam divinitatem, sicut est peccatum infidelitatis et blasphemiae. Secundario autem sunt graviora peccata quae committuntur in humanitatem Christi, unde *Matth. XII [32]* dicitur: „Qui dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro.“ Tertio autem loco sunt peccata quae committuntur contra sacramenta, quae pertinent ad humanitatem Christi. Et post hoc sunt alia peccata, contra puras creaturas.

Per accidens autem unum peccatum est gravius alio ex parte peccantis,

[Art. 4:] *Sündigt der Sünder, der das Herrenmahl sakramentalisch empfängt? [...]*

[Antwort:] In diesem Sakrament, wie auch in den anderen, ist das Sakramentliche das Zeichen dessen, was der Wirklichkeitskern des Sakramentes ist. Zweifach aber ist der Wirklichkeitskern dieses Sakramentes [...]: einer ist zeichenhaft bedeutet und zugleich enthalten, nämlich Christus selbst; der andere ist zeichenhaft bedeutet und nicht enthalten, nämlich der mystische Leib Christi, die Gemeinschaft der Heiligen. Ein jeder also, der dieses Sakrament empfängt, stellt eben hierdurch zeichenhaft dar, daß er vereint ist mit Christus und eingegliedert seinen Gliedern. Dieses aber geschieht durch den [von der Liebe] durchformten Glauben, den jedoch niemand besitzt, der in schwerer Sünde steht. Und darum ist es offenkundig, daß ein jeder, der dieses Sakrament in schwerer Sünde empfängt, eine Fälschung begeht an ihm; und so rennt er, als Schänder des Sakramentes, in den Gottesraub hinein und begeht dadurch eine schwere Sünde. [...]

[Art. 5:] *Das Gewicht solcher Sünde [...]*

[Antwort:] [...] In zweifachem Sinne kann eine Sünde schwerer heißen als eine andere: in sich selbst und auf Grund einer hinzukommenden Eigentümlichkeit. In sich selbst: gemäß ihrer Wesensart, die vom Gegenstand her sich bestimmt. So gesehen ist eine Sünde um so schwerer, je größer das ist, wogegen sie sich richtet. Und weil die Gottheit Christi größer ist als seine Menschheit, und seine Menschheit wiederum höher als die Sakramente seiner Menschheit, darum sind die schwersten Sünden die, welche gegen die Gottheit selbst getan werden, wie etwa die Sünde des Unglaubens und der Lästerung. An zweiter Stelle kommen die schweren Sünden, die gegen die Menschheit Christi begangen werden. Darum ist gesagt: „Wer ein Wort wider den Menschensohn redet, dem wird vergeben werden; wer aber ein Wort redet wider den Heiligen Geist, dem wird nicht vergeben werden, weder in dieser Weltzeit noch in der zukünftigen“ (*Mt 12,32*). An dritter Stelle stehen die Sünden wider die Sakramente, welche der Menschheit Christi zugeordnet sind. Und danach kommen die anderen Sünden, die sich gegen bloße Geschöpfe richten.

Auf Grund einer hinzukommenden Eigentümlichkeit aber ist eine Sünde schwerer als eine andere, wenn man sie von dem sündigenden Menschen her betrachtet.

puta, peccatum quod est ex ignorantia vel infirmitate, est levius peccato quod est ex contemptu vel ex certa scientia; et eadem ratio est de aliis circumstantiis. Et secundum hoc, illud peccatum in quibusdam potest esse gravius, sicut in his qui ex actuali contemptu cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt; in quibusdam vero minus grave, puta in his qui ex quodam timore ne deprehendantur in peccato, cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt.

Sic igitur patet quod hoc peccatum est multis aliis gravius secundum suam speciem, non tamen omnium gravissimum. [...]

[art. 6:] *Utrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti [...]*

[Respondeo dicendum quod] circa peccatores distinguendum est. Quidam enim sunt occulti, quidam vero manifesti; scilicet per evidentiam facti, sicut publici usurarii aut publici raptores; vel etiam per aliquod iudicium ecclesiasticum vel saeculare. Manifestis ergo peccatoribus non debet, etiam petentibus, sacra communio dari. Unde Cyprianus scribit ad quondam: "Pro dilectione tua consulendum me existimasti quid mihi videatur de histrionibus, et mago illo qui, apud vos constitutus, adhuc in artis suae dedecore perseverat, an talibus sacra communio cum ceteris Christianis debeat dari. Puto nec maiestati divinae, nec evangelicae disciplinae congruere ut pudor et honor Ecclesiae tam turpi et infami contagione foedetur."<sup>1</sup>

Si vero non sunt manifesti peccatores sed occulti, non potest eis petentibus sacra communio denegari. Cum enim quilibet Christianus, ex hoc ipso quod est baptizatus, sit admissus ad mensam dominicam, non potest eis ius suum tolli nisi pro aliqua causa manifesta. Unde super illud I Cor. V [11], "Si is qui frater inter vos nominatur" etc., dicit Glossa Augustini: "Nos a comunione quemquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio vel ecclesiastico vel saeculari nominatum atque convictum."<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Vgl. Cyprian von Karthago, *Epistula 2* (CSEL 497,13-498,2).

<sup>2</sup> Vgl. ursprünglich Augustinus, *Sermo 351,10* (PL 39,1546); vgl. *Glossa Lombardi* (PL 191,1575).

So ist eine Sünde aus Unwissenheit oder Schwachheit weniger schwer denn eine Sünde aus Verachtung oder aus sicherem Wissen; und das gleiche gilt für die sonstigen Umstände [einer Sünde]. So gesehen, kann jene Sünde in einigen Menschen schwerer sein, wie etwa in denen, die aus unmittelbar wirklicher Verachtung mit dem Bewußtsein der Sünde zu diesem Sakrament hinzutreten; in anderen Menschen aber kann sie weniger schwer sein, wie etwa in denen, die aus Furcht, als Sünder entdeckt zu werden, mit dem Bewußtsein der Sünde zu diesem Sakrament hinzutreten.

So ist es also deutlich: daß diese Sünde ihrer Wesensart nach schwerer ist als viele andere; dennoch ist sie nicht die schwerste von allen. [...]

[Art. 6:] *Darf der Priester den Leib Christi einem Sünder, der darum bittet, verweigern? [...]*

[Antwort:] Im Hinblick auf die Sünder muß ein Unterschied gemacht werden: einige sind verborgen, die anderen sind offenkundig, entweder durch die Offenbarkeit ihres Tuns, wie etwa die öffentlichen Wucherer oder öffentlichen Räuber, oder auch auf Grund einer Verurteilung durch weltliches oder geistliches Gericht. Den offenkundigen Sündern darf das heilige Herrenmahl nicht gereicht werden, selbst wenn sie darum bitten. So schreibt Cyprian an jemanden: „Wegen deiner Liebe hast du geglaubt, mich um Rat fragen zu sollen, was mir richtig scheine bezüglich jenes Gauklers und Zauberers, der bei euch aufgenommen ist und in der Schmach seiner Kunst verharrt: ob solchen das heilige Herrenmahl gleichwie den übrigen Christen gereicht werden solle. Ich meine, es sei weder mit der Majestät Gottes noch mit der Zucht des Evangeliums vereinbar, daß die Keuschheit und die Ehre der Kirche durch solch schimpfliche und schmachvolle Berührung beschmutzt wird“.

Wenn es aber nicht offenkundige, sondern verborgene Sünder sind, so kann ihnen, wenn sie darum bitten, das heilige Herrenmahl nicht verweigert werden. Da nämlich jeder Christ, eben dadurch daß er getauft ist, Zutritt hat zum Tische des Herrn, so kann ihm sein Recht nicht genommen werden, es sei denn aus offenkundigem Grund. Über das Wort „Wenn einer, der sich euer Bruder nennt, ein Hurer und Betrüger ist: mit einem solchen sollt ihr nicht zusammen essen“ (1 Kor 5,11) sagt Augustinus: „Wir können niemandem das Herrenmahl verwehren, es sei denn, er habe freiwillig ein Sündenbekenntnis abgelegt oder sei durch geistlichen oder weltlichen Urteilsspruch benannt und überführt“.

Potest tamen sacerdos qui est conscius criminis, occulte monere peccatorem occultum, vel etiam in publico generaliter omnes, ne ad mensam Domini accedant antequam poeniteant et Ecclesiae reconcilientur. Nam post Poenitentiam et reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non est communio deneganda, praecipue in mortis articulo. [...]

[Ad secundum dicendum quod,] licet peius sit peccatori occulto peccare mortaliter sumendo corpus Christi quam infamari, tamen sacerdoti ministranti corpus Christi peius est peccare mortaliter infamando iniuste peccatorem occultum, quam quod ille mortaliter peccet, quia nullus debet peccatum mortale committere ut alium liberet a peccato. Unde Augustinus dicit, in libro *Quaestionum super Gen.*: „Periculosissime admittitur haec compensatio, ut nos faciamus aliquid mali, ne alius gravius malum faciat.“<sup>1</sup> [...]

[art. 8:] *Utrum cibus vel potus praeassumptus impediat sumptionem huius sacramenti [...]*

[Respondeo dicendum quod] aliquid impedit sumptionem huius sacramenti dupliciter. Uno modo, secundum se, sicut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad significatum huius sacramenti [...].

Alio modo, propter prohibitionem Ecclesiae. Et sic impeditur aliquis a sumptione huius sacramenti post cibum vel potum assumptum, triplici ratione. Primo quidem, sicut Augustinus dicit, „in honorem huius sacramenti“<sup>2</sup>, ut scilicet in os hominis intret nondum aliquo cibo vel potu infectum. Secundo, propter significationem, ut scilicet detur intelligi quod Christus, qui est res huius sacramenti, et caritas eius, debet primo fundari in cordibus nostris; secundum illud *Matth.* VI [33]: „Primo quaerite regnum Dei.“ Tertio, propter periculum vomitus et ebrietatis [...].

Ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi, qui statim communicandi sunt, etiam post cibum, si de eorum periculo dubitetur ne sine communione decedant, quia necessitas legem non habet. [...]

<sup>1</sup> Vgl. Augustinus, *Quaestiones in Heptateuchum* 1,42 (CCL 33,17,543ff.).

<sup>2</sup> Vgl. ders., *Epistula 54: Ad inquisitiones Ianuarii* 8 (CSEL 34,2,167,1).

Dennoch kann der Priester, der von der Sünde weiß, im Verborgenen den verborgenen Sünder oder auch öffentlich ganz allgemein alle ermahnen, nicht zum Tische des Herrn zu kommen, bevor sie ihrer Sünden wegen Buße getan und mit der Kirche sich versöhnt haben. Denn nach der Buße und Wiederversöhnung darf auch den öffentlichen Sündern das Herrenmahl nicht verweigert werden, besonders nicht in Todesgefahr. [...]

[Zum 2. Einwand:] Zwar ist es für den verborgenen Sünder schlimmer, schwer zu sündigen durch den Empfang des Leibes Christi, als in einen schlechten Ruf zu kommen; dennoch aber ist es für den Priester, welcher den Leib Christi darreicht, schlimmer, selbst schwer zu sündigen durch eine etwa ungerechtfertigte Verfemung des verborgenen Sünders, als wenn jener schwer sündigt; denn niemand darf eine schwere Sünde tun, um einen anderen vor der Sünde zu bewahren. Darum sagt Augustinus: „Der verborgene Sünder müßte lieber den üblen Ruf wählen als unwürdig zum Tisch des Herrn zu gehen.“ [...]

[Art. 8:] *Nüchternheit als Vorbedingung für den Empfang des Herrenmahles [...]*

[Antwort:] Auf zweifache Weise kann etwas dem Empfang dieses Sakramentes im Wege sein. Erstens in sich selbst so wie die schwere Sünde, die dem widerstreitet, was durch dieses Sakrament zeichenhaft bedeutet wird [...].

Zweitens auf Grund eines Verbotes der Kirche. Und auf solche Weise ist es untersagt, dieses Sakrament nach dem Genuß von Speise oder Trank zu empfangen. Das hat einen dreifachen Grund: Erstens ist es, wie Augustinus sagt, „zur Ehre dieses Sakramentes“, daß es eingehe in des Menschen Mund, wenn er von Speise und Trank noch nicht berührt wurde; zweitens um einer Sinnbildlichkeit willen, damit nämlich deutlich werde, daß Christus, der Wirklichkeitskern dieses Sakramentes, und seine Liebe in unseren Herzen zu allererst eingegründet sein müsse, gemäß dem Worte „Suchet zuerst das Reich Gottes“ (*Mt* 6,33); drittens wegen der Gefahr des Erbrechens oder der Trunkenheit [...].

Gleichwohl sind von dieser allgemeinen Regel die Kranken ausgenommen; ihnen muß, wenn wegen der Lebensgefahr Zweifel bestehen, sogleich, auch nach der Mahlzeit, das Herrenmahl gereicht werden, damit sie nicht etwa ohne das Herrenmahl vercheiden; denn die Not hat kein Gesetz. [...]

[art. 10:] *Utrum liceat quotidie hoc sacramentum suscipere [...]*

[Respondeo dicendum quod] circa usum huius sacramenti duo possunt considerari.

Unum quidem ex parte ipsius sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris. Et ideo utile est quotidie ipsum suscipere, ut homo quotidie eius fructum percipiat. Unde Ambrosius dicit, in libro *De sacramentis*: „Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, deo semper accipere, qui semper pecco, deo semper habere medicinam.“<sup>1</sup>

Alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur quod cum magna devotione et reverentia ad hoc sacramentum accedat. Et ideo, si aliquis se quotidie ad hoc paratum inveniat, laudabile est quod quotidie sumat. Unde Augustinus, cum dixisset, „Accipe quod quotidie tibi prosit“, subiungit: „Sic vive ut quotidie merearis accipere.“<sup>2</sup> Sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius devotionis occurrunt, propter corporis indispositionem vel animae, non est utile omnibus hominibus quotidie ad hoc sacramentum accedere, sed quotiescumque se homo ad illud paratum invenerit. Unde in libro *De Ecclesiasticis Dogmatibus* dicitur: „Quotidie Eucharistiae communionem accipere nec laudo nec vituperō.“<sup>3</sup>

[Ad primum ergo dicendum quod] per sacramentum Baptismi configuratur homo morti Christi, in se suscipiens eius characterem, et ideo, sicut Christus semel mortuus est, ita solum semel debet homo baptizari. Sed per hoc sacramentum non recipit homo Christi characterem, sed ipsum Christum, cuius virtus manet in aeternum, unde, ad *Heb. X* [14], „una oblatione consummavit sanctificatos in sempiternum“. Et ideo, quia quotidie homo indiget salutifera Christi virtute, quotidie potest laudabiliter hoc sacramentum percipere.

<sup>1</sup> Ambrosius, *De sacramentis* 4,28 (FC 152,16-20). – Zitiert nach Gratian, *Decretum* P. III: *De consecratione*, d. 2, can. 14: „Si quotiescumque“ (RF I,1319).

<sup>2</sup> Augustinus, *Sermones supposititii* 84 (PL 39,1908f.).

<sup>3</sup> Gennadius, *De Ecclesiasticis Dogmatibus* 53 (PL 58,994).

[Art. 10:] *Über den täglichen Empfang des Herrenmahles [...]*

[Antwort:] Im Hinblick auf den Empfang dieses Sakramentes kann ein Zweifaches bedacht werden.

Eines ergibt sich vom Sakrament selbst her, dessen Kraft dem Menschen zum Heile ist; und darum ist es nutzbringend, dieses Sakrament täglich zu empfangen, damit der Mensch täglich seine Frucht in sich aufnehme. So sagt Ambrosius: „Wenn das Blut Christi, sooft es vergossen wird, zur Vergebung der Sünden vergossen wird, dann muß ich, der ich allezeit sündige, es allezeit empfangen und allezeit diese Arznei besitzen“.

Zweitens kann der Empfang dieses Sakramentes vom Empfangenden her bedacht werden, von welchem gefordert wird, daß er mit großer Hingabe und Ehrfurcht hinzutrete. Wenn darum einer jeden Tag hierzu sich bereitet weiß, so ist es zu loben, wenn er es täglich empfängt. Darum fügt Augustinus seinem Worte: „Empfange es täglich, damit es dir täglich von Nutzen sei“ das andere hinzu: „Lebe so, daß du würdig bist, es täglich zu empfangen“. Weil aber in den meisten Menschen auf vielfache Weise, wegen der Unordnung des Leibes oder der Seele, sich vielerlei Hinderungen solcher Hingabe finden, darum ist es nicht für alle Menschen von Nutzen, täglich zu diesem Sakrament zu gehen, sondern sooft der Mensch sich hierzu vorbereitet weiß. So ist im *Buch über die Lehren der Kirchen* gesagt: „Ich kann es weder loben noch tadeln, täglich das Herrenmahl zu empfangen“.

[Zum 1. Einwand:] Durch das Sakrament der Taufe wird der Christ gleichgestaltet dem Tode Christi, indem er dessen Mal in sich empfängt. Und darum darf der Mensch, wie Christus nur einmal gestorben ist, auch nur einmal getauft werden. Durch dieses Sakrament dagegen empfängt der Mensch nicht ein Mal Christi, sondern Christus selbst, dessen Kraft währt in Ewigkeit. Darum ist im *Hebräerbrief* (10,14) gesagt: „Mit dem einen Opfer hat er für immer die zur Vollendung geführt, die sich heiligen lassen“. Und weil der Mensch Tag für Tag der heilbringenden Kraft Christi bedarf, darum kann es lobenswert sein, daß er täglich dieses Sakrament empfängt.

Et quia praecipue Baptismus est spiritualis regeneratio, ideo, sicut homo semel carnaliter nascitur, ita debet semel spiritualiter renasci per Baptismum, ut Augustinus dicit<sup>1</sup>, super illud *Ioan.* III [4], „Quomodo potest homo nasci cum sit senex?“ Sed hoc sacramentum est cibus spiritualis, unde, sicut cibus corporalis quotidie sumitur, ita et hoc sacramentum quotidie sumere laudabile est. Unde Dominus, *Lc.* XI [3], docet petere: „Panem nostrum quotidianum da nobis hodie“, in cuius expositione Augustinus dicit, in libro *De verbis Domini*: „Si quotidie acceperis“, scilicet hoc sacramentum, „quotidie tibi est hodie, tibi Christus quotidie resurgit, hodie enim est quando Christus resurgit“.<sup>2</sup> [...]

[Ad tertium dicendum quod] reverentia huius sacramenti habet timorem amori coniunctum [...]. Ex amore enim provocatur desiderium sumendi, ex timore autem consurgit humilitas reverendi. Et ideo utrumque pertinet ad reverentiam huius sacramenti, et quod quotidie sumatur, et quod aliquando abstinenceatur. Unde Augustinus dicit: „Si dixerit quis piam non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius affirmat quotidie, faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se Zacchaeus et ille centurio, cum alter eorum gaudens susceperit Dominum [cf. *Lc* 19,6], alter dixerit, ‚Non sum dignus ut intres sub tectum meum‘ [cf. *Mt* 8,8], ambo salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo.“<sup>3</sup> Amor tamen et spes, ad quae semper Scriptura nos provocat, praeferuntur timori, unde et, cum Petrus dixisset, „Exi a me, Domine, quia peccator homo ego sum“ [*Lc* 5,10], respondit Iesus, noli timere. [...]

<sup>1</sup> Vgl. Augustinus, *In Ioannem tractatus* 11,6 (CCL 36,114,24-27).

<sup>2</sup> Vgl. ders., *Sermones suppositi* 84 (PL 39,1909).

<sup>3</sup> Ders., *Epistula* 54: *Ad inquisitiones Ianuarii* 4 (CSEL 34,2,162,17-163,1).

Weil ferner die Taufe vor allem geisthafte Wiedergeburt ist, darum muß der Mensch, wie er dem Leibe nach nur einmal geboren wird, auch nur einmal wiedergeboren werden in der Taufe; so sagt Augustinus bei der Erläuterung des Wortes: „Wie kann ein Mensch geboren werden, wenn er schon alt ist?“ (*Joh* 3,4). Dieses Sakrament aber ist geisthafte Speise; wie daher die leibliche Speise täglich genossen wird, so ist es auch zu loben, dieses Sakrament täglich zu empfangen. Darum hat uns auch der Herr gelehrt zu bitten: „Unser tägliches Brot gib uns heute“ (*Lk* 11,3); in der Erklärung dieses Wortes sagt Augustinus: „Wenn du täglich dieses Sakrament empfängst, dann ist für dich täglich ‚heute‘, für dich steht Christus täglich von den Toten auf; wann nämlich Christus aufersteht, dann ist ‚heute‘“. [...]

[Zum 3. Einwand:] In der Ehrfurcht vor diesem Sakrament ist die Furcht mit der Liebe verknüpft [...]; aus der Liebe erwächst die Sehnsucht, es zu empfangen; aus der Furcht aber erwächst die Scheu der Demut. Und so bedeutet beides Ehrfurcht vor diesem Sakrament: es täglich zu empfangen und zuweilen sich seiner zu enthalten. Darum sagt Augustinus: „Wenn der eine sagt, das Herrenmahl solle man nicht täglich empfangen, und ein anderer sagt das Gegenteil, so tue ein jeder, was er gemäß seinem Glauben in Frömmigkeit tun zu sollen meint. Es haben nämlich auch nicht miteinander gehadert Zachäus und jener Hauptmann, wenngleich der eine den Herrn mit Freuden in sein Haus aufnahm, während der andere sagte: ‚Ich bin nicht würdig, daß du eingehst unter mein Dach.‘ Beide haben den Erlöser geehrt, wenn auch nicht auf die gleiche Art“. Dennoch sind Liebe und Hoffnung, zu denen die Schrift uns beständig aufruft, höher zu achten denn die Furcht. Als darum Petrus sagte: „Geh weg von mir, Herr, denn ich bin ein sündiger Mensch“, da sprach Jesus: „Fürchte dich nicht“ (*Lk* 5,10). [...]

[art. 11:] *Utrum liceat cessare omnino a comunione [...]*

[Respondeo dicendum quod,] sicut supra dictum est, duplex est modus percipiendi hoc sacramentum, spiritualis scilicet et sacramentalis. Manifestum est autem quod omnes tenentur saltem spiritualiter manducare, quia hoc est Christo incorporari, ut supra dictum est. Spiritualis autem manducatio includit votum seu desiderium percipiendi hoc sacramentum, ut supra dictum est. Et ideo sine voto percipiendi hoc sacramentum non potest homini esse salus. Frustra autem esset votum nisi impleretur quando oportunitas adesset. Et ideo manifestum est quod homo tenetur hoc sacramentum sumere, non solum ex statuto Ecclesiae, sed etiam ex mandato Domini, dicentis, *Lc. XXII [19]: "Hoc facite in meam commemorationem."* Ex statuto autem Ecclesiae sunt determinata tempora exequendi Christi praeceptum. [...]

[Ad secundum dicendum quod] hoc sacramentum dicitur non esse necessitatis sicut Baptismus, quantum ad pueros, quibus potest esse salus sine hoc sacramento, non autem sine sacramento Baptismi. Quantum vero ad adultos, utrumque est necessitatis. [...]

[art. 12:] *Utrum liceat sumere corpus Domini sine sanguine [...]*

[Respondeo dicendum quod] circa usum huius sacramenti duo possunt considerari, unum ex parte ipsius sacramenti; aliud ex parte sumentium. Ex parte ipsius sacramenti convenit quod utrumque sumatur, scilicet et corpus et sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et ideo, quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare et perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine.

Ex parte autem sumentium requiritur summa reverentia, et cautela ne aliquid accidat quod vergat in iniuriam tanti mysterii. Quod praecipue posset accidere in sanguinis sumptione, qui quidem, si incaute sumeretur, de facili posset effundi.

[Art. 11:] *Über die Verpflichtung, das Herrenmahl zu empfangen [...]*

[Antwort:] Es gibt, wie schon gesagt wurde, eine zweifache Weise, dieses Sakrament zu empfangen, die geisthafte und die sakramentliche. Es ist aber offenbar, daß alle gebunden sind, es wenigstens auf die geisthafte Weise zu genießen; denn dies bedeutet, wie zuvor gesagt wurde: dem Leibe Christi eingegliedert werden. Das geisthafte Genießen aber schließt in sich die Absicht und das Verlangen, dieses Sakrament [auf sakramentliche Weise] zu empfangen. Absicht und Verlangen aber wären leer, würden sie nicht erfüllt, wann die Gelegenheit sich gibt. Und so ist es offenbar, daß der Mensch verpflichtet ist, dieses Sakrament zu empfangen; nicht nur kraft kirchlicher Satzung, sondern kraft des Befehles des Herrn, der gesagt hat: „Tuet dies zu meinem Gedächtnis“ (*Lk 22,19*). Die Zeiten aber, das Gebot Christi zu erfüllen, sind festgesetzt kraft kirchlicher Satzung. [...]

[Zum 2. Einwand:] Dieses Sakrament ist, im Hinblick auf die Kinder, nicht notwendig, wie die Taufe notwendig ist; denn ihnen kann das Heil werden ohne dieses Sakrament, nicht aber ohne die Taufe. Für die Erwachsenen aber ist jedes der beiden Sakramente notwendig. [...]

[Art. 12:] *Ist es erlaubt, den Leib Christi ohne sein Blut zu empfangen? [...]*

[Antwort:] Im Hinblick auf Spendung und Empfang dieses Sakramentes kann man ein Zweifaches bedenken: das eine ergibt sich vom Sakrament selbst her, das andere vom Empfangenden her. Vom Sakrament selbst aus gesehen ist es sinngemäß, daß beides, der Leib und das Blut, empfangen werde; denn in beidem beruht die Vollkommenheit des Sakramentes. Und darum darf der Priester, weil es seines Amtes ist, dieses Sakrament zu konsekrieren und zu vollziehen, auf gar keine Weise den Leib Christi ohne sein Blut empfangen.

Andererseits ist, von den Empfangenden her gesehen, die höchste Ehrfurcht und Vorsicht gefordert, damit nichts geschehe, was einer Schändung dieses großen Geheimnisses nahe käme. Das aber könnte vor allem geschehen beim Empfang des Blutes, das, wenn es ohne Vorsicht genossen würde, leicht verschüttet werden könnte.

Et quia, crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes et iuvenes et parvuli, quorum quidam non sunt tantae discretionis ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhererent, ideo provide in quibusdam Ecclesiis observatur ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdote sumatur. [...]

[Ad secundum dicendum quod] perfectio huius sacramenti non est in usu fidelium, sed in consecratione materiae. Et ideo nihil derogat perfectioni huius sacramenti si populus sumat corpus sine sanguine, dummodo sacerdos consecrans sumat utrumque. [...]

*(Lateinischer Text: corpusthomicum.org)*

Und: die Zahl des christlichen Volkes wächst, und weil es in ihm Greise und Jünglinge und Kinder gibt, von denen einige nicht von solcher Bedachtsamkeit sind, daß sie die gebührende Vorsicht gebrauchen beim Empfang dieses Sakramentes, darum wird vorsorglich in einigen Kirchen der Brauch beobachtet, daß dem Volke das Blut nicht dargereicht, sondern einzig vom Priester empfangen wird.<sup>1</sup> [...]

[Zum 2. Einwand:] Die Vollendung dieses Sakramentes liegt nicht im Empfang durch die Gläubigen, sondern in der Verwandlung des Bildestoffes. Und darum erfährt die Vollkommenheit dieses Sakramentes keineswegs eine Einschränkung, wenn das Volk den Leib empfängt ohne das Blut; wenn nur der konsekrierende Priester beides empfängt. [...]

*(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)*

*Aus: Thomas von Aquin, Das Herrenmahl, Der Eucharistietraktat der Summa theologiae (III 73-83). Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 2), München: Pneuma 2018.*

<sup>1</sup> Daß das Volk das Herrenmahl einzig unter der Gestalt des Brotes empfängt, ist also nach kirchlicher Lehre nicht mit dem Wesen des Sakramentes selbst gegeben. Bis zum 12. Jahrhundert war es in der Kirche die Regel, daß auch das Volk das Sakrament unter *beiden* Gestalten empfing; einige Päpste des 5. Jahrhunderts, unter ihnen auch Leo der Große, haben den Empfang unter beiden Gestalten nachdrücklich zur verbindlichen Norm gemacht. Zur Zeit des heiligen Thomas begann der „Laienkelch“ schon seltener zu werden. Zu Anfang des 15. Jahrhunderts wurde er von der Kirche förmlich verboten; in den Glaubenskämpfen des 16. Jahrhunderts wurde er durch Pius IV. noch einmal vorübergehend gestattet.